UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè Obeundum

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

De remedijs vniuersalibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

Visual Library

neceſſitas poſtulat. Tertiò, præcedens deliberatio multum confert.

Contra Acediam.

Beneficiorum recordatione amor excitatus.

Primò, crebra beneficiorum Dei recordatio, quę amorem excitat. Secundò vicinam mortem, quæ benè operandi tempus aufert, meminiſſe. Tertiò, pœnarum & præmiorum cogitatio. Quartò, deditos otio fugere, & ſectari diligentes.

Remedia vniuerſalia.

Primò, ſummum & vniuerſale remedium ad omnia vitia extirpanda, & inſerendas virtutes eſt, frequens oratio cum fiducia. Secundò, frequens confeſſio, & quæ ſtatim cùm in aliquod lapſus fueris peccatum, fieri debeat. Tertiò, frequens ſumptio Euchariſtiæ. Quartò fugere improborum, & ſectari bonórum ſocietatem. Quintò lectio piorum auctorũ, & ſacræ Scripturæ præcipuè. Sextò, meditatio paſſionis Chriſti. Septimò, conſiderare vitam ſanctorum. Octauo, præſentiam diuinæ maieſtatis & Angelorum. Nonò, mortem certam. Decimò, iuſtitiam diuinam per exempla illorum, quos puniuit. Vndecimò, futurum iudicium. Duodecimò, pœnam damnatorũ,

Deci-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Decimotertiò, gaudium & felicitatem Paradiſi.

Quomodo his armis vtendum ad vitia ſuperanda.

Radix peccatorum præcidenda.

Primò; ab affectibus, id eſt, peccatis inueſtigare oportet radicem, vnde cæ-tera vitia pullulant. Vnum enim aut alterum ſolet eſſe vitium duntaxat, præcipium in vnoquoque homine, quod reliqua generat, quo ſublato, etiam illa quæ ab eo oriebantur interibunt. Secundo, memoria tenere remedia contra illud, vt cùm opus fuerit adhibeatur. Tertio, cum vno aut altero, peculiari diligentia pugnabis (etſi omnia in genere odio habeas neceſſe eſt) donec illud abſtuleris, aut ita debilitaueris, vt vel non repugnet, vel facilè comprimatur. Contra hunc hoſtem crebro renouandũ eſt propoſitum, acuenda ira in illum, propriiſque armis cum eo pugnandum eſt; adhibenda ſunt etiam remedia communia, & circa id, examen conſcientiæ quotidianum verſetur: Nam ſi hodie vnum aggrediaris, craſtino die alterum, nullũ tandem ſuperabis. Quartò, neceſſaria eſt animi magnitudo, ad ineundum certamen, & victoriam ſperandam, licet ar-

Bonum propoſitum crebro renouandum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN